



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Vitae Sanctorvm**

complectens sanctos Mensium, Aprilis, Maii & Ivnii

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Vita S. Prosperi Aqvitanici, Episcopi Regensis: ex ea, quæ est per Iohannem Antonium Flaminium Imolensem. Migravit è corpore anno Domini 466. Aduertat autem lector, vixisse ijsdem temporibus in ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42716**

## VITA S. PROSPERI AQUITANICHI

Episcopi Regiensis: ex ea, quæ est per Iohannem Antonium Flamum Imolensem. Migravit è corpore anno Domini 466. Adiuitat autem lector, vix sse ipsdem temporibus in Gallijs, al. um e usdem nominis Prospere, Episcopum Aurelianensem, successorem S. Amiani: quem illum esse o- pinatur Beron. (Annal. tom. 6. in no. mart. Rom.) qui subscriptus habetur Concilio Vaseri atque Carpentoractensi.

25 Junij.

Prophet. A.  
quitamus.

Matt. 19.

Res suas pap-  
peribus lar-  
gitur.

**B**eatus Prosper, vir multiplici doctrina & sanctitate insignis, ex qua urbe quibusve parentibus ortus fuerit, non satis compertum habetur. Illud autem satış constat, Aquitanum eum fuisse, miraque in patria futuræ sanctitatis iecisse fundamenta. Cum enim assidens ac diligens sacræ scripturæ esset lector, quodam die ex illo loco diuinatus ei oblato, ubi Christus ait: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me, permotus fuit, ut continuò rebus omnibus diuenditis, & in pauperes distributis, seruis etiam & ancillis libertate donatis, Romanis se contulerit; quod rerum terrenarum sarcina leuatus, olli Christo vacare posset. Romanam sedem eo tempore Leo primus, vir egregia eruditio ac sanctitate conspicuus administrabat: quirtantæ ex viri sancti conspectu lætitiam hausit, quantâ Petrum ex Pauli aduentu hausisse legimus. Videbat enim inter cætera, quæ lætitiam eius vehementer cumulabant, magnum sibi tempore maxime opportuno adiutorem à Deo misum, qui inualeccentem quotidie magis magis. Ne-  
storia

1025

istorianam & Eutychianam hæresim euerteret.  
Neque eum summa de viro sancto concepta fi-  
ducia sefellit.

Nam aduersus hæresis Pelagianæ reliquias e- s prosper  
legantissimus Catholicæ fidei defensor acerri- scribit con-  
mè decertauit, & scripta beati Augustini, quæ tra Pelagia  
plerique Pelagianæ hæresis fautores, in virbe nos.  
Massiliensi, velut maiorum sententijs aduersa  
calumniabantur, egregia concertatione defendit. Exstat eius ad B. Augustinum i[m] senem epi-  
stola, qua breuiter hæretorum quærelas complectitur, atque eiudem D. Augustini contra  
eosdem implorat auxilium. Quo tempore Hila-  
rius Arelatensis, eiudem argumenti ad eundem  
Augustinum scripsit epistolam: quibus respon-  
sus Augustinus, duos insigni eruditio[n]e, quo-  
rum primum de Prædestinatione sanctorum, al-  
terum de bono perseveratiæ, conscripsit lib[ro]s.  
Sed & cum defuncto Augustino, quidam pres-  
byteri non cessarent (conuenientibus nonnullis  
Gallie Episcopis) damnatis Pelagi sensibus in-  
hærere, & apud imperitos D. Augustinum simu-  
lare, quod in duobus prædictis libris, multa cù-  
etis Christi fidelibus merito detestanda asserui-  
set, hi duo zelo fidei accensi, Cœlestinum Roma-  
num tunc Pontificem adierunt, & querela apud  
eum deposita, epistolam ab eo eruditissimam  
obtinuerunt; qua non tantum fides Catholicæ,  
ex prædecessorum ipsius Cœlestini Romanoru[m]  
Pontificum decretis, contra Pelagianos graui-  
simè defenditur, verum etiam adeò prædicatur  
Augustinus, ut vel hinc non immerito, haec tenus  
præcipuus Ecclesiæ Doctor habitus sit.

Cum autem B. Prosper, & Leonis Pontificis  
precibus, & celesti victus imperio, Regiensis ec-  
Ttt 5 clesix

clesiæ cathedram ascendere debuit, ita se ad omnem virtutis perfectionem composuit, ut etiam ex ipso vultu, admirabilis quidam pietatis splendor eluceret. Qui populum in tantum eius amorem accendebat, ut mœrorem omnem quem ex defuncti antistitis sui morte conceperat, protinus deponeret: ac miro cum desiderio eum exciperet, multisque notis egregiæ cuiusdam voluntatis, insitam in eum charitatem demonstraret. Ipse verò summa vigilancia eorum saluti inuigilabat, ac crebris declamationibus, quibus nihil facundiùs aut efficacius dici poterat, illos ad rectam viuendi normam incitabat; quæ tametsi gratia & lepore admirabili, ob innatam illi facundiam condiebā-

**Pocet opere** tur, & sanctæ scripturæ testimonij referat magnum apud populum pondus habebant: maiore tamen vim & auctoritatem, probatissimi eius mores, & vita sanctitas illis adferebat. Nihil enim dicebat, quod ipse viuis virtutum exemplis in se prius non exprimeret. Erat illius pectus flamma charitatis ardens, erat præsentia mitis, omnibus affabilis; severitas verò in delinquentes adéò temperata, ut magis illos corripiens charitas, quam verborum asperitas moueret.

Quid referam quanta pietate & cura pupilos & viduas prosequeretur? Nō sexus, nō ordo, nō ætas erat in ciuitate, quæ eius patrocinio non foueretur. Cumq; omnibus esset benignus, omnibus affabilis, omnibus viscera misericordie appetiret, suā ipse carnē vigilijs, ieiunijs, oratione ac multiplici maceratione domabat. Magno etiā charitatis impulsu, finitimarum vrbitum antistes crebrò per epistolas hortabatur, ne dignitatis suæ, ne impositi sibi oneris obliuiscerentur.

Quæ

**Cura vidua-  
rum & pu-  
gillorum.**

Quæ quidem omnia tanta faciebat modestia, tāta dexteritate, vt magnam sibi apud omnes non modò suos, sed etiam alienos gratiam & amorem conciliaret, vt non aliter ac omnium parētem illum diligerent ac venerarentur. Et quidem cū talis ac tantus præful, duos & viginti annos Sedem illam Regiensem administrasset, multisq; virtutibus adornasset, corporis viribus destitutus cum admiranda insitè pietatis significatione ad cælos migravit. Quantum verò sui desiderium reliquerit; totius ciuitatis mœror ac luctus testatus est: Vbique suspiria, vbiq; gemitus audiebatur, nec ullus erat lachrymis modus. Ductæ sunt deinde solenni apparatus totius populi omnium ætatum ac ordinum concursu, exequiæ: sepultusq; est extra urbem in templo quod in honorem beati Apollinaris ipse consecraverat.

Quā verò gratus Deo extiterit, & quē locum in angelicis choris adept⁹ sit, mira ad illi⁹ sepulcrum prodigia continuo subsecuta declararunt; ad quod nullus, quacūq; detineretur egritudine frustra cōfugit. Claudi gressū impetrarunt, cœci visū, paralyticis confirmata sunt mēbra, ab obfessis corporibus dæmones fugati. Nemo verbis satis dignè cōsequi posset quāto splēdore diuinū Pontificē suū Deus populis omnib. ac in Ecclesia sua veluti cœlestē quoddam iubar fulgeret voluerit: vt se tāto fœlicē Præsule ac patrono, Régies ciuitas meritō dicere possit. Neq; tātus ad illius sepulcrū honor ac veneratio, temporis longinquitate cōfenuit, sed ad hoc vñq; tempus perdurat ac viget, nec ullius ad id piē accedētis diuina gratia fidem ac spem irritam esse finit.

Verū quia extra urbis muros erat sepultus & sœui-

scuientibus Barbarorum bellis, quibus vexata  
diu fuerat Italia, frequentari ex more sepulcrū  
non poterat: Thomas vir vitæ ac morum sancti-  
tate venerabilis, qui sancto Christi Antistiti in  
ea dignitate successerat, ne tanti Præfulis vene-  
ratio paulatim obsolesceret, secundum quietem  
admonitus, sacram ædem extruxit amplissimā;  
in quam sacræ transferrentur reliquiae. Conuo-  
catis igitur religiosorum omnium collegis &  
populo, qui frequens confixit, sepulcrum ve-  
tus, in quo usque ad Luitprandi Longobardorū  
regis Christianissimi tempora quieuerat, aper-  
tum est; de quo tanta diuini odoris fragrantia  
effusa est, ut nulla ei aromata vel opobalsami  
riuali, si per ædem fuerent, cōparari possent. Ita  
eductæ sacræ reliquie, cum ingenti omniū plau-  
su atque lætitia, nouo sepulcro magno cum ho-  
nore illatæ sunt. Vbi mira quamplurima, ante-  
dictis nō dissimilia, meritis sancti Confessoris,  
Deus cum omnium stupore operatus est,

## VITA S. ADELBERTI, CONFESSO-

C. Baro. An.  
tom. 8.

ris & Leuite, discipuli S. V. librorum Episcopi ex  
ea quæ est per Cœnobitas Medelocenses. Claruit  
circa annum Domini 697.

**B**eatus Egbertus cælesti afflatus desiderio,  
patria & parentibus ac cognatis relictis,  
studio peregrinationis in Hyberniam se-  
cesserat; ubi cum præclaro virtutum profectu,  
multos Chri-  
sto lucratur.

**A**delbertus  
Regis Dei-  
rorū filius.

Egbertus cælesti afflatus desiderio, studio peregrinationis in Hyberniam secesserat; ubi cum præclaro virtutum profectu, multos Chri- to lucratur. Adelbertus Regis Dei- rorum filius, arctioris vitæ instituta non segni- ter